

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Rudolphi Goclenii Exercitationes et disputationes ethicae
& politicae**

Goclenius, Rudolph

Marpurgi Cattorum, 1601

LXXIII. An captivitates, bella, servitutes, dominatus, sint juris naturae

[urn:nbn:de:bsz:31-109121](#)

In Offic.

finis eslet litium. Jus igitur civile detrahit hic aliquid naturali per accidens seu ex accidenti. Illud jus (civile dico) Cicero vocat aquabile, non quod æquet omnes: Sic enim non possent alii esse alii potentes aut ditiores, sed quod justitiam & æqualitatem quandam proportionalem, hoc est, æquitatem conservet, id est, quod non sit ~~ægrotus~~ ~~perdulans~~, sed pari studio defendat tenues & potentes, summos & infimos, & neutrī patitur ab alteris suum adimi. Itaque Aristoteles ἀναιγον & γενὴ ἀναιλοσίαν διηγειν vocat. In usucapione æquitas patitur propter tuam negligētias culpam tibi tuam rem ab alio adimi, qui est possessor bonæ fidei, id est, qui credit esse suam, seu verè ignorat rem alieni juris fuisse, & tempore à lege definito continuè possedit, quem bona conscientia excusat. Ita usucapio & defensio usucipientis non pugnat cum æquitate exposcente, ut cum innocentia quisque suum tueatur & augeat. Loquor autem de usucapione justa, id est, tali, in qua

Ad Titul. 6. sunt omnia ad eam requisita: de quibus con-
siderab. Inst. fulantur juris interpretes.

LXXIII.

*An captivitates, bella, servitutes, dominatus,
sunt juris nature.*

JURIS

Uris naturae seu gentium bella, captivitatis, & servitutes esse, non verò contraria iuri naturae aut malos affectus, asserimus. Primum enim cùm à natura sit institutum, ut aliqui hominum præsent, aliqui obediunt propter imbecillitatem, servitutem, propter ingeniorum præstantiam & dominatum, secundum naturam esse necesse est. Sed dominatura & servitutem hic intellige animi, non corporis. Titius prudentior natura est, Sejus Aristoteles imprudentior, ut ei opus sit consilio & gubernatione prudentiorum. Titius igitur natura dominus est, Sejus servus. Hoc declarati potest consociatione uxoris & mariti. Vir natura est prudentior & præstantior muliere. Quare ejus quasi dominus est. Dico quasi: Quia conjugalis societas proplus ad civilem societatem, in qua est juris æqualitas, accedit. Idem ostenditur imperio paterno & subjectione filiali. Fili per etatem & judicil infirmitatem non possunt sibi ipsi consulere, non possunt sibi res utiles ad vitam querere, vel conservare. Sunt igitur in potestate parentum. Deinde probatur ex eo, quod homo præst natura animalibus reliquis, quod destituta sit intellectu, & magna ex parte hominū indigeant auxilio. Sunt igitur natura servi Aristoteli, quibus propter naturę humilitatem & ingenii infirmitatem opus est aliena gubernatione

Objet.

Solutio.

tione & dominatu. Objicis: Si dominatio est secundum naturam, servitus erit contranaturam, cum contraria sint contrariorum consequentia. Resp. Hoc darem, si dominatus & servitus essent adversa. Non autem sunt adversa, sed relata: quae cum natura simul sint (posito enim relato, non potest non ponere correlatum:) Sanè si à natura repetenda est causa dominatus, diversum de servitute statui non debet. Secundò bella, quibus arceretur iuris, aut repetuntur res ablatae, sunt secundum naturam. Quia vim depellere, & sua repetrere, naturae est. Χένατα τα πόλεμοις οὐτοίσι περισσοί. Opibus enim homines exuere, est eos quasi visceribus exuere. Deinde secundum naturam est, ut dixi, idoneos præesse, non idoneos patere. Cum igitur bellum inde oriatur, quod præesse volunt, qui non sint idonei ad gubernationem, aut non patere, quin non possunt sibi ipsi consulere, & salvi esse, nisi à melioribus regantur: apparent tale bellum iustum & contrarium naturæ non esse. Tertiò captivitates hinc efficitur etiam juris naturæ esse. Nam sàpè non possunt aliter quam vinculis & carcere cupiditates coercenti. Sivedi non vincirentur, de integrò turbatur essent multorum pacem. Ubi igitur bella sunt, ibi captivitates quoq; esse necesse est.

An civile ali
Affirm
A RISTOR
A juris civi
ans, seu
literum regu
voluntate &
tis, quam e
de natural
iustitia :
ducitur (t
pro re non
hoc est, ve
jusitiz, o
bus prece
ad hanc o
facta enig
quiritatisq
vita recta
fiebit. E
Quodda
maiorum
nes part
eo patet
erazigno
Laceden
Sybaritis
bonum e